


Heinrich Rahn

Decanus Facultatis Iuridicae, Henricus Rahne/ ID. & Prof. Ad iusta funebria, Quae Viro ... Dn. Johanni Kleinschmidt/ I.U.Doctori & Professori celeberrimo Vidua & liberi moestissimi ... parata cupiunt, Omnes Academiae cives ... invitat

Rostochi[ij]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771554591>


Druck Freier  Zugang



Rahne, H.,

in J. Kleinschmidt. /a

R. 1638.



35. 74.
12
DECANUS
Facultatis Juridicæ,
HENRICVS Rabue/
J D. & Prof.

Ad iusta funebria—,

Quæ

Viro Clarissimo & Consultissimo

DN. JOHANNI

Kleinschmidt / J. U. Doctori &

Professori celeberrimo

*Vidua & Liberi mæstissimi, hodiè horâ primâ
parata cupiunt.*

Omnes Academiae cives peramanter &
officiose invitac.




ROSTOCK J,

Literis NICOLAI KILII, Academ. Typograph.

Anno 1638.

DECANUS
Facultatis Juridicae
HENRICHVS SPODINSKY
I. D. & Prof.
Ad ius
Pro Curatore & Consiliario
DR. JOHANNI
Klinghammer, U. Doctor &
Prothonotario
Nuncius Libere tractant, hodie hoc & prima
gratia capere
Officio iuridico
Rostock
L. NICOLAI KILIANI, edidit. Rostock.
anno 1812.





DECANUS
Facultatis Juridicæ
HENRICUS RAHNE, J.D. & Prof.

Vita mortalium non inscitè confertur cum
fabrica. Quemadmodum enim fabri
perpetuo in motu & strepitu etatem
transigunt, sic homo quilibet simul ac vi-
tæ hujus caduca diluculum ipsi oboritur
laboribus, contentiombus, & molestiis subijcitur in-
numeris, eandemq; dolorum incudem tamdiu tun-
dere, calamitatum orbitam tantisper terere cogitur,
quoad ingruentis mortis crepusculum illam sistat, &
ad quietem sempiternam aperiat januam. Vita quip-
pe nostra nihil ferè, nisi labores continet & incommoda,
teste regio Propheta. Et quid juvat hominem, inquit
Salomon in Ecclesiaste suo cap. 2 v. 22. labor omnis,
& animi angor, quem sub sole tolerat, cum sit omne-
rum ejus laboriosum, & indigna miseria, adeò ut ne
nocte quiescat ejus mens? Posset hoc quidem pluribus
explicari; sed nolo id, quod ipsa dies, ipsa experientia
docet, copiosè dicere. Faciã potius, quod lux hæc luctuo-
sa exigit, & tempori cui inseruiendum est, stylũ accom-
modabo. Intromissus in hanc, quam dixi, laborum

curarumq; officinam ante annos 45. Et ante biduū ex
ca demū placidē emissus est Vir Clarissimus Et consul-
tissimus JOHANNES Kleinschmiedt/ J. V. Doctor ex-
imius, Et Professor hujus Vniuersitatis ordinarius. Nā
quamvis ipse ut fabris, non fuerit cudendum ferrum,
non tractandas malleus, non arandum, occandum,
seminandum, metendum, triturandum fuerit veluti
agricolis, quibus isto modo redit labor actus in orbem:
non tamen fuit extra sudoris aream positus, sed tantō
difficiliores sustinuit molestias, quantō magis anxie
laborant, qui mente, quam qui corpore operantur.
Quod si verō vita curriculum, quod in hac mortalita-
tis ac vanitatis ergasterio confecit noster Kleinschmi-
dius, à principio ad finē usq; intuebimur, nihil aliud di-
xerimus, quam quod ipse Spiritus sanctus uniuersim
de omnibus testatur hominibus, quos somno assimitat,
Et instar graminis, inquit, habere, quod manē florens
adolefcit. Et vesperi recisum arefcit, Psal. 90. Patriam
habuit hanc Urbem in qua natus est 5. Septem. Anno
1593. Patre PETRO Kleinschmidt/ viro bono, Et
vive primario, matre ANNA Reimers optima nota
femina, qua equē ac iam dictus parens ex honestissi-
ma familia ortum habuit. Ab hisce suis genitoribus
pietatis atq; literarum studiū infans adhuc initiatus
Et deditus est. Cum in patria praeclara religionis, vir-
tutis, Et eruditionis fundamenta locasset, ad capeffen-
dum uberiorem ingenii cultum, alias etiam Musarum
ades

ades petiit. Ac primum quidem, ut iusto tramite in-
cederet, humanioribus disciplinis & Philosophiâ, quam
Cic. matrem omnium bonarum rerum & artium
appellat, animum probè instruxit, postea illum ad Ju-
risprudentiæ studium adjecit, cui per aliquot annos o-
peram hanc pœnitendam navavit. Neq; verò illius
diligentia & industria diutius in occulto latere potuit,
sed ad exteros quoq; feliciter emanavit. Ex Acade-
miis enim Germania ad Anglicas seu Britannicas,
& Gallicas sese contulit, ut non tantum cum provido
Ulysse multorum mores & urbes cerneret, sed ut etiam
studia sua feliciter capta continuaret, & absolveret.
Voto huic & laudabili conatui eventus respondit e-
gregiè. Nam postquam ex Gallia patrios lares voluit
revisere anno 1620, in itinere ipsum Themis Basilea
lato vultu excepit, exceptum summo Juris utriusq; ho-
nore ornavit, ornatumq; dimisit, ac patria restituit.
Venit ergo domum cum suorum gaudio, atq; statim
cum eruditione tum morum integritate multorum
sibi benevolentiam conciliavit, suamq; solertiam o-
mnibus probavit. Videt jam quisq; quantis moti-
bus in fabrica ista humana, de qua capimus, agitated
sit noster Kleinschmidius: at ne credite illos in posterum
remisisse, sed magis magisque accrevisse. Matrimonium
enim molestias subiit, & duxit uxorem Anno 1621.
17. Septemb. tum temporis virginem & virtutis &
formæ laudibus conspicuam, jam viduam mœstissi-
mam

nam MARGARETAM, filiam Viri Amplissimi, &
Consultissimi BARTHOLDI Richlers / p. m. J. Cui &
Consilarii Principis Megapolitani fidelissimi, & ma-
trona laudatissima AGNETÆ Klingen / qua nunc
maritum habet Dn. REINHOLDUM von Gehren/
virum iidem Consultissimum & excellentissimum,
Icum, atq; Assessorem Judicii provincialis in hoc
Ducatu meritissimum. Hæc cum vita socia septen-
decim annos, & septem menses concorditer exegit, pa-
rens factus tot liberorum, quot modò ultra decimam
& septimum matrimonii annum numeravi menses.
Fuit quidem fertilis hic thorus insignis felicitas &
dulcedo delectabilis, at inconstans & felle circumlita,
aliarum instar rerum mundanarum, qua semper
plus aloes quam mellis continent, & sunt momentaneæ.
Siquidem major saltem & minor nati filia ANNA
atq; AGNETA adhuc lucis usurâ fruuntur, secundò
genita prius fuit exstincta, quam mundi machinam
aspicere potuerit: reliqui AGNETA, BARTHOL-
DUS, JOHANNES, MARGARETA in pueritia
obdormiverunt & animulas è corporis custodia emi-
serunt in perpetuam libertatem. Hos & alio casus,
qui comitari & infestare solent conjugium, patienter
defunctus tulit. Didicerat enim Dei voluntatem,
sine qua nihil nobis accidit, semper esse optimam. Neq;
vel fortunâ vel infortunio à laboribus suis se abduci
passus est: sed in statione in qua à Deo ter opt. max. col-
locatus

locatus erat, & sibi ipsi, & suis, & proximo, & patrie fuit utilis. Postquam anno 1632. Professio Institutionum ipsi fuit deman- data, tanta dexteritate & fidelitate, quod à præceptoribus suis acceperat, docuit civilis prudentiæ studiosos, ut nihil in eo re- cte judicantis animus desiderare potuerit. Sciunt quibus fami- liaris fuit, nihil ipsi prius, nihil posterius fuisse, quam ut spartam, quam nactus erat, rectissime ornaret. Deniq; cæcus in eo fuit, ne pectoris sui fabricam reperiret vacuum insidiator & hostis ho- minum æternus diabolus, eamq; vel cæno superbiæ deformaret, vel avaritia lapillis obrueret, vel impietatis sordibus pollueret, vel vanitatis paleâ fedaret: sed ut talentum sibi à divinitus com- missum ita impenderet, & labore assiduo præpararet atq; compo- neret, ut hominibus esset fructuosum, & Deo gratum. Neq; e- nim in præstanti illa rerum cognitione, & profunda artium Ju- risq; scientia, quâ instructus erat, præ se quæquam despicatui du- tebat: nec, ut multi solent, ex doctrina sua lucrum duntaxat ca- ptabat, aut ætatem agebat in ludrici: sed cum omnibus, qui in- tum fieri poterat, vivebat candidè, sincère, & moderatè. Dixi hætenus de origine & statu viri mortui, de quibus plura facere verba supersedeo, ne vel ejus familie palpari, vel veritatem cui- vis obviam inculto sermone infuscare videar. Restat, ut ad extre- ma veniam, quæ ipsum huic erumnarum fabricæ subtraxerunt. Proximo Veneris die venam sibi secari curavit, ut valetudinis, quæ ad morbos erat propensa, consuleret. Verùm res aliter, quam sperabatur, cecidit: id quod frequentissimum est in actionibus & votis humanis, ubi animus quidem sperat, at, quod eveniat in manu DEI situm est. Etenim statim post illam sanguinis missionem debilitate quadam membrorum insolita affectus est, quæ in morbum mox lethalem conversa ipsum in vita pe- riculum conjecit. Illud cum nec medicinâ depellere, nec corporis viribus propulsare valeret, caelesti medico, cui sanus se totum dederat, salutem suam commendavit, ac saluberrimo corporis & sanguinis Dominici viatico sese instruxit, ut vel quovis
etiam

otiam momento paratus esset & expeditus ad migrandum; quan-
doquidem satis sibi esse existimabat sine mora exire hac ma-
lorum officinā, quam diutius in ea cruoiari. In vera itaq; fide
& patientia adspiravit ad mortem, vitæ & quietis januam.
Hanc ipsi januam die ab hinc quarto circa quintam vespertinam
aperuit is, qui sacrosancto suo sanguine iter ad cælum paravit, &
morte innocentissimā mortis claustra reddidit ad vitam veram
per via. Superavit jam & transcendit paucisq; noster terrena
cuncta, ejusq; anima evasit ad supernas beatorum sedes, infra se
despiciens nostras curas, & querelas quibus ætatem terimus, atq;
nos ipsos indies consumimus. Mortis & Martis discrimina, que
nostris cervicibus quotidie imminent, non amplius timet. Audie-
soncentum angelorum, organa sanctorum, harmoniam cælorum;
pascitur in domo Domini sine satiæ sincerissimā voluptate, &
quod omnium optimum est ac primum Deum creatorem, salvato-
rem, & sanctificatorem suū summa in lætitiâ cõtemplatur. Corpus
hodie ad horam primā terræ à qua desumptum est, restitue-
tur, ibiq; suo in dormitorio expectabit vocem excitantis se Jesu
Christi, qui cum tanquam caput resurrexerit, hanc corporis sui
massam non relinquet in sepulchro. Vos verò, Cives Academici, eā
qua par est diligentia moneo & oro, ut deductionem fune-
ris vestra presentia & frequentia cohonestetis, & hoc pietatis of-
ficio gratiam viro Clarissimo debitam obfignetis, mastissima vi-
dua, liberis afflictis, fratri senatori hujus urbis prudentissimo, &
toti familia honestissimæ luctum gravissimum aliquantum mi-
nuat. Hoc ipsum jubet Deus, postulat humanitas, exigie chari-
tas, & communis nostræ natura fragilitas requirit. Faxit guber-
nator omnium, ut semper & ubiq; memores nostræ conditionis
nostriq; termini prudenter ambulemus, atq; in spem immortalita-
tis consequenda omne consilium, studium, operam, rem, fidemq; no-
stram conferamus; ut & bonam hoc in seculo militemus militiam
& in futuro perennis gloriæ coronam adipiscamur. P. P. sub sigillo
Facultatis Juridicæ 8. Novemb. Anno Cl. M. cxxxix.

GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.

locatus erat, & sibi ipsi, & suis, & proximis.
Postquam anno 1632. Professio instituta
data, tanta dexteritate & fidelitate, quae
acceperat, docuit civilis prudentia sua
eum judicantis animus desiderare potuerit.
harris fuit, nihil ipsi prius, nihil posterius
quam nactus erat, rectissime ornaret. D
pectoris sui fabricam reperiret vacuum
minum aeternus diabolus, eamque vel cetera
vel avaritia lapillis obrueret, vel impie
vel vanitatis palca sadaret: sed ut talem
missum ita impenderet, & labore assiduo
neret, ut hominibus esset fructuosum, &
nims in praestanti illa rerum cognitione, &
visq; scientia, qua instructus erat, pra se qua
tebat: nec, ut multi solent, ex doctrina su
pebat, aut aetatem agebat in ludrici: se
tum fieri poterat, ut verba candida, sincere
hactenus de origine & statu viri mortui,
verba super se deo, ne vel ejus familiae pal
vis obviam inculco sermone infuscare vid
ma veniam, quae ipsum huic erumnarum
Proximo Veneris die venam sibi secari cu
que ad morbos erat propensa, consuleret.
sperabatur, cecidit: id quod frequentiss
& votis humanis, ubi animus quidem st
in manu DEI situm est. Etenim staci
missionem debilitate quadam membr
est, quae in morbum mox lethalem con
viculum conjecit. Illud cum nec meatina
viribus propulsare valeret, caelesti med
dederat, salutem suam commendavit,
& sanguinis Domini viatico sese infu

fuit utilis.
ut deman
oribus suis
il in eo re
ibus fami
spartam,
eo fuit, ne
hostis ho
formaret,
pollueret,
nitus com
tq; compo
Neg e
tium fu
icatu du
taxat ca
is, quae
ate. Dixi
ra facere
atem cui
ad extre
uxerunt.
letudini
ter, quam
etionibus
l eveniat
sanguinis
affectus
n vita pe
corporis
se totum
o corporis
et quovis
etiam

